

www.e-rara.ch

**Reverendiss. ac Ampliss. Domini Domini Danielis Antonii Schindler ...
Cura Salutis Concreditæ Sibi Probativæ, Sive Ex dictaminibus S.
Scripturæ, SS. Patrum, Theologum, Ascetarum, Regulæ Sacræ, & ...**

**Schindler, Daniel Anton
Augustae Vindelicorum, 1749**

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-141390>

§. II. De prioribus.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ri, in quo oportet, ut sit servus sinè usu-
 ra, incumbit; quatenus non modò Ipus
 à petitionibus similibus omni tempore
 abstineat; verùm nè & id Ejus commissi
 curæ audeant ac attentent, præcaveat,
 strictissimè prohibeat, & in prævarica-
 tores, maximè occultos, quoad similia,
 juxta omnem rigorem sacræ Regulæ, quæ
 tales furti judicio condemnandos esse
 declarat, strenuè animadvertat. Sed jam

§. II.

De Prioribus.

I. Si horum officium bene considere-
 mus, tenorémque Sacrorum statutorum
 Ordinis Nostri Candidi accuratiùs appen-
 damus; facilè ex munere Priorali, quod
 quis ex ordinatione Prælati gerit, con-
 cludemus; si Novitiorum Magistri in
 Ordine Nostro inter *Perfectos* compu-
 tantur, multò ampliori titulò Ipsos Prio-
 res in eadem classe collocandos. Novitii
 etenim, quibus perficiendis Magister in-
 sudat, rudia adhuc & impolita subjecta
 sunt, quibus ad introducendam formam
 & figuram virtutis primos impetus dare
 sufficit; alit subordinati, quos ad perfe-

tionem ducit Ipse Prior, longè magis polita subjecta sunt, quæ proinde suppositâ formâ illa priore excellentissimè Ei expolienda manent. Subordinati Magistri Novitii & Clerici tantummodò sunt, at Prioris sunt & Novitii & Clerici & Magister. Qua de causa quantis parasangis excedere debet Magister in perfectione suos Novitios, tantis proportionaliter Prior excellere Magistrum necesse habet. Nec est, ut cui peregrina videatur nostra hæc perfectionis in diversos gradus varietas ac divisio; cum non obstante, quod omnis gloria Filiæ Regis sit ab intùs in fimbriis aureis, tamen sit etiam circumamicta varietatibus; & perfectio, quæ Viros Religiosos denominat perfectos, non sit in se unica, ac indivisibilis, sed juxta ordinem, quem ad diversa subjecta, & status hominum habet, multùm una ab altera differat; certum quippe est, id, quod respectu unius perfectum est, respectu alterius nobilioris, ac sublimioris adhuc manere perfectibile; uti apparet ex perfectione creata respectu divinæ, quarum prima, utpote quædam participatio secundæ, vestigiùmque ejusdem, quæ in se infinita est, nunquam in tantùm intendi potest, ut non ultra queat, nè fortè inter producibilia aut producta admitti videatur creatura perfectissi-

fectissima.
 tionem
 fectioni
 ad illius
 dubium
 requiri,
 Prioratu
 ad Ipsa
 quam ex
 supra Mag
 tis sponsa
 dubie perfe
 & macula
 animaver
 fectionis
 Libano
 aliud,
 dos nov
 tis progr
 elata in
 Serm. in
 lentior i
 scendere
 rursus ad
 rum reru
 temperavi
 n perfecti
 aperit
 Magistris
 fectione,

fectissima. Licet igitur verum sit in Novitiorum Magistro omnem eam requiri perfectionem, quæ necessaria & pertinens est ad illius officium, nihilominus tamen dubium nullum est in Priore amplio-rem requiri, imò tantò majorem, quantò Prioratus est eminentior, & propinguior ad Ipsam Prælaturam prærogativa, quam ex ordinatione obedientiali, etiam supra Magistrum gerit. Dixerat Cœlestis sponsus dilectæ suæ admodum haud dubiè perfectæ *Cant. 4. Tota pulchra es, & macula non est in Te.* Et illicò eam reanimaverat, ulteriori sese accingat perfectionis viæ, usquedum ad se etiam de Libano veniat; quod utique nîl fuit aliud, quàm illam exhortari ad faciendos novos, ampliorésque in via virtutis progressus. *Nè enim hoc testimonio elata inquit Divus Gregorius Nissen. Serm. in Cant. Homil. 8. & facta insolentior impediretur, quò minus ad altiora ascenderet per hanc abortando vocem, rursus abortatur ad desiderium supernarum rerum.* Secunda vox hæc primam temperavit, infinitásque distantias, quas in perfectionis progressu dari certum est, adaperuit. Admissa ergo Novitiorum Magistris sua perfectione ad Officium respectiva, minimè dubitari potest de Prio-

rum excellentiori, ex cujus competentia tam hi, quàm Illi, ut quasi ad invicem subalterni, inter perfectos computari possunt & debent. Sed cum de Magistris jam pluribus præcedenti §. egerimus; nihil nunc restat ultra, quàm ut & ea, quæ ad Prioris spectant officium successivè absolvamus.

II. Postquàm supra citata Ordinis Statuta *Dist. videlicet II. cap. 10. N. 2.* ordinassent, quatenus Abbates in ordine ad hoc, ut sibi commissorum salutem commodiùs ac certiùs operentur, impositum sibi onus in diversos partiantur, & inprimis Priorem assumant, qui post Ipsos & sub Ipsis omnibus præsit; statim N. 3. præcipiunt, ut in taliter assumendo Priore solum DEUM, suorumque salutem & profectum spectantes in maximè aptum, idoneumque respiciant ac reflectant, qui sibi committendam animarum curam strenuè gerat, ad regimen prudens sit, & discretus; suavis in conversatione, in moribus gravis ac modestus, quique cum suo Prælato uno eodémque spiritu, & in una concordia, Dominicum gregem ex animo pascat, & cui Prælati in sua absentia Spirituale regimen tutò committere queat. Ordinationis
hujus

hujus verba in se quidem pauca, multa tamen comprehendunt & exprimunt, quæ Ordo à Prioribus requirit. Atque jure merito; cùm enim Priores teneantur subordinatos gubernare, & dirigere ad majorem sui statûs perfectionem acquirendam, eosque in hoc sensu quodammodò perfectos reddere; magnopere conveniens imò & necessarium est, Ipsos priùs perfectos esse debere. *Faciamus hominem*, ajebat olium DEUS, ut perhibetur *Genes. 1.* quò loquendi modò representatur omnium trium divinarum personarum in fabrica primi hominis Adæ concursus simultaneus, enitens non tantùm in plasmatione limi, & animatione terræ, sed & in attentissima politione, totiùsque operis perfectione; Nec aliam ob causam tam sollicitè collaboratum est, nisi quia Adam, Ipso attestante DEO, formabatur in Superiorem, qui omnibus aliis præesset ac præsideret; atque ideo oportebat, ut omnibus esset modis absolutus, & consummatus ab omnibus tribus personis hoc modo operantibus omne bonum & perfectum ad extra. Similem, & quidem intrinsecè bene radicatum perfectionem licèt pro fundamento bene subeundi muneris Prioralis etiam statuta desiderent Ordinis in Prioribus,

eam tamen etiam ab Illis exhiberi ad extra exigunt, dum in omnibus observantiis regularibus eos esse volunt effective Priores. Neque quis trahat in dubium, longè efficacius esse in persuadendo exemplum executioni mandatum, atque ab aliis visum, quàm doctrinam solummodo creditam. Undè & Doctor Mellifluus *Serm. de S. Benedicto* ait: *Sermo quidem vivus & efficax exemplum operis est, plurimum faciens suadibile, quod dicitur, dum monstrat factibile, quod suadetur.* Eadem DEI bonitas est, & quæ in terris creditur, & quæ in Cœlo possidetur; nihilominus hîc duntaxat creditam possumus non amare, illic autem visam, non possumus non desiderare. Lux est DEI Verbum, & talis lux, quæ quantum in se est, omnes totius Universi homines illuminare valuisset; hoc tamen non obstante perfecta mundi illuminatio reservata est executioni operis, in Ejus nimirum Incarnatione. Potuisset utique infinita illa Unigeniti Filii DEI Sapientia etiam ex Ipso Patris pectore, homines contemptum mundi, & humilitatis gloriam edocere, attamen quando exinanivit immensitatem suam, nostram assumpsit exilitatem, tunc primò clariùs *Vidimus gloriam Ejus. Joannis 1.* ipsâ luculentius humilitate mani-

manif
tes Res
Domi
vant m
quare
quod
tur an
tantum
videre
subordin
dum vid
si solum
Tanti qu
Exrina c
tur. E
Priore
tos fac
eos pra
enim à
sint, su
obligat
ros nov
tutis pr
natis im
itâ circa
dam, atq
positis,
Docume
III. D
tum; U

manifestatam. Occinebat quondam Vates Regius : *Oculi ancillæ in manibus Dominae suæ. Psalm. 122.* id est : observant manus illius ; cur quæso non labia ? quare non attendunt verba , quatenus quod Domina jubet , promptè exequatur ancillâ ? ratio hujus est : quia non tantùm audire vult quid dicat, sed etiam videre quid Domina faciat. Ità pariter subordinati ad bonum diriguntur faciliùs, dum vident, quid Superior facit, quàm si solummodò audiant, quæ Ille docet. Tanti quippe refert , ut superioris doctrina operibus associetur & comprobe- tur. Ex quo proindè colligitur ; Patres Priores non minùs adstringi Subordina- tos suos docere verbo salutari , sed & eos præcedere illustri exemplò . Cùm enim à suis Prælatiis hoc de fine electi sint, sufficientique Authoritate præditi , obligationi suæ nequaquam se satisfactu- ros noverint, nisi semetipsos visibilia vir- tutis prototypa ac exemplaria à subordi- natis imitanda exhibeant. Porrò hìc jam ità circa perfectionem à Prioribus tenen- dam, atque in opere exhibendam, præsup- positis , quæpiam hìc adhuc adnectimus Documenta , inter quæ sit

III. Documentum I. & Principalissi- mum ; Ut Patres Priores sint religiosam

R 5

disci-

disciplinam zelantes, ac strictè observantes. Regularis observantia consistit in exacta, punctuali, ac spontanea, hilarique adimplentione omnium, quæ Regula, Statuta, Actaque Capitularia nobis præscribunt, absque ullo refugio ad dispensationes, epicheias, rationes, aut titulos quoscunque ad se vel in toto, vel in parte à disciplina Religiosa eximendum adinventos. Hinc Ille verè observans dicitur, atque pro tali haberi potest, qui universis chori actibus constanter interest, Conventum cellamque suam diligenter incolit, silentium amat, in mensa communi cibò communi vescitur, abstinentias, Ordinisque observat jejunia, & ea quæ magis ardua sunt ac afflictiva, in nullo declinat, sed exactè insectatur. Taliter observantes cuperem esse, evaderèque omnes atque singulos Nostri Sacri & Canonici Ordinis Priores; Illi namque ut jam suprà dictum est, exemplaria & virtutum prototypa esse debent oculis subditorum ideò præposita, ut & ipsi evadant perfecti, nec aliquid ad perfectionem acquirendam certiùs feliciùsque promovere potest, quàm isthæc regularis legum secundùm statum proprium observantia; & quidquid in contrarium accideret (tamen si ex sua specie esset valdè

dè bonum) huic sese opponeret perfectioni, & admodum suspectum foret. Undè non immeritò Salvator humani generis *Matth. 19.* cuiquam juxta tramitem observantiæ ambulare meditati, palam edixerat: *Si vis ad vitam ingredi, sive, si vis per semitam ire ad vitam conducentem, Serva mandata;* seu obligationes tibi proprias; atque insuper ab Eo petenti *Luc. 10.* *In lege quid scriptum est, quomodo legis?* cum respondisset ut debuit, illicò subjunxit: *Hoc fac & vi- ves.* Et quamvis Divinæ Majestati suæ facilè fuisset diversas perfectionis ei præscribere regulas, variâque eum edocere virtutum exercitia, omnia tamen unicò complexus est compendiò, præcipiens, ut sit observans. Veritatem hanc ut instillet nobis Spiritus Sanctus, loquens de tabernaculo, quasi inferendo dicit *Exod. cap. 39.* *Perfectum est igitur omne opus.* Ast ex quo id eruitur antecedenti? ex hoc, respondet Idem: *quia fecerunt Filii Israël cuncta, quæ præceperat Dominus.* Ubi namque cum punctuali, legique conformi observantia operamur, necessum est omnia opera nostra *perfecta* admodum evadere. Alibi loquens Idem Divinus Spiritus de templo Salomonis inquit: quòd Magnificus Ille Rex *operuit omnia*

omnia laminis aureis opere quadro ad regulam. 3. Reg. 6. eccur addit: ad Regulam? ad denotandum, quòd ad omnimodam templi perfectionem parùm contulisset aurò contegi atque undique prægravari, nisi ingentes hæ divitiæ secundum normam & regulam aptatæ fuissent ac proportionatæ. Ex quo docemur, ad hoc, ut anima religiosa perfectum DEI evadat templum, non totum in eo situm esse, ut aurum omnigenarum virtutum accumulet, sed insuper requiri, ut tales virtutes aptentur ad Regulam, sive secundum id, quod Statûs cuique proprii Regulæ legésque expetunt. Cùm igitur ad Priorem spectet suæ curæ subjectos propriò exemplò ad veram perfectionis semitam animare ac excitare, medium proportionatius nec potest nec debet eligere; quàm ut sit ad Regulam, sive regulæ sacrae, Statutorum, Capitulariùmque ordinationum observator Zelosissimus. Idipsum in Statutis *Dist. II. cap. 10. N. 8.* expressum ac magnopere commendatum habetur in sequentibus: *Caveat Prior, nè vel in minimo, quæ sunt observantiæ regularis, infringat, vel immutet: quia tota disciplina dissolvitur, si à suo Vindice violetur.* Ex quo concludendum est, Priorem non modò observantiæ exemplar esse debere,

verùm

verum simul & Vindicem ac Judicem; Cujus deviationes à Regula ac Statutis tam vindicare, ac judicare, muneris est. Talis fuisse videtur Elias Propheta ille magnus, quem Discipulus suus Elizæus 4. Reg. 2. idcirco etiam currum Israëlitis, & Aurigam Ejus appellavit. Currum, quia nunquam Regiam legis viam deseruit, nec extra orbitam, limitésque ab ea statutos deflexit. Aurigam verò, quia & cæteros adstrinxit simul in hoc & cum hoc curru pergere; Ut proindè (unà cum omnibus Prioribus bonis) idipsum inclamare potuerit, quod olim Judic. 9. militibus suis dicebat Abimelech: *Quod me videtis facere, citò facite.* quòd & regulariter fieri assolet, ob efficaciam, quam, uti jam dictum est, Superiorum exempla habent; Sancto testante Spiritu Eccli. 10. *Qualis Rector est Civitatis, tales & inhabitantes in ea.* Cui adstipulatur & Paulus ad Rom. cap. 11. inquires: *Quodsi radix sancta fuerit, & rami sancti erunt.* & denique Tridentinum Sess. 6. cap. 1. de Reformat. docet: quòd *Integritas præsentium, salus sit subditorum.*

IV. Documentum II. Ut Patres Priores exitus, quantum possibile fuerit evitent, & vix non jugiter in Conventibus,

bus,

bus, ac subditorum conspectu permanent. Hoc documentum estò paucis placiturum prævideam, ex obsistèntia tamen dictaminis practici illud præterire minimè audeo; ex eo, quòd hujus ratio sit urgentissima, innegabilisque consequentia, quam sic deduco: Religio Candida Præmonstratensium ideò potissimum Priores præfigit Conventibus, ut ii sint norma subordinatorum, eosque tam doctrinâ, quàm exemplò in perfecta observantia stabiliant ac conservent; Jam si Prior promiscuè abesset, frustraretur utique Religio intentò suò: cùm tunc deesset exemplar, ad quod respicerent, Magister, qui eos instrueret, Judex qui corrigeret, Dux & Antesignanus, qui suâ propriâ eos ad parem observantiam animaret; quod perfectò non minùs intento Ordinis, quàm obligationi Prioralis muneris adversaretur. Melior omnium Priorum respectu sui Prælati, & Patris æterni secundùm humanitatem fuit Salvator noster JESUS Christus. Hic Priorum Antesignanus veluti cætera omnia ad perfectionem facientia, ità etiam, & operibus quidem docuit; quàm scrupulosè Priores Conventibus sibi concreditis adesse teneantur. **Mysterium Incarnationis**

Ejus

Ejus que
tiam vo
in car
Persona
nodo,
illigare
nandos
perdere
testante
bitavit
apud nos
que suo
mus sol
ravit, v
tingere
suos in
cum C
interim
stissima
nixa, t
describ
ab eis;
quod
haud q
topere f
Christus
& nec q
nis spac
Matthæ
nos reg

Ejus quod Philastrius Brūxiensis *Præsentiam* vocavit, certè præsentiam continuatâ in tantum stabilitum fuit, ut divina illius Persona unionis hypostaticæ indissolubili nodo, seu vinculo se ei adstringere, & illigare voluerit ad tantò suavius gubernandos homines, ut ex sibi datis non perderet quemquam. Factus homo, testante Joanne Evangelista *cap. 1. habitavit in nobis*, id est, inter nos, & apud nos, quatenus præsentiam exemploque suo nos erudiret. Et quanta putamus sollicitudine, quanto Zelo adlaboravit, nè se unquam à suis abesse contingeret? deseruit quidem ad tempus suos in horto discipulos, quò tantillum cum Cœlesti Patre suo fermocinaretur; interim quamvis hæc absentia brevis justissima, tamque sublimi foret motivò innixa, tamen Divus Lucas historiam hanc describens *cap. 22. inquit: avulsus est ab eis; à subordinatis nempe discipulis; quod utique absque dolorosa violentia haud quaquam fieri potuit. En quantumtopere studuerit omnium Priorum Prior Christus suis semper adesse præsens! & nec quidem in hoc tam brevi temporis spatio cor Ejus quietum erat, cum Matthæo teste cap. 26. ternis vicibus ad eos regressus sit, ut se illis præsentem sisteret,*

sisteret, bonis consiliis instrueret, atque è tepore ac somno excitaret. Denique etiam ex hoc mundo transiturus ad Patrem, sciens quia venit hora Ejus, manifestissimum exhibuit argumentum, quàm ægrè eis suam subtrahat præsentiam & assistentiam; quod quia fieri oportebat, alium tamen adinvenit modum admirabilem realiter apud eos commanendi, quamvis sub longè diversa forma ac specie, in Augustissimo nimirum Eucharistiæ Sacramento. Atque ità eosdem animavit & consolatus est dicens: *Ecce! ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consumationem sæculi. Matth. 28.* Exemplo huic divinissimo aliud, & penè palpabile pro ulteriore eruditione Priorum in stabilitate stabilitatem minùs amantium addi adhuc potest, Cœlestis nempe ille præclarus oculus; Sol, quem DEUS *Genes. 1.* diei Præsidem constituit. Quòd Soli tale munus competat, teste *Rupert. in Lib. 1. Genes. cap. 40.* potissimum ex eo convincitur, quòd corpora omnia præsentia ejusdem indigeant, plurimàque ex ejus absentia patiantur detrimenta. Recedens nocturno tempore ab hoc hemisphærio, etsi pro tunc regimen, præsidiumque lunæ reliquat, mundum tamen tristitiâ magnâ

gnâ afficit
fronibus.
quibus
ter abelt
ficiuatiu
men illu
quenter
ras non
Cum Pri
gularem o
Authoritat
tum verbò
tam comp
regè in f
bunt cel
ambitum
prurient
deundum
posse, n
ulter C
que reg
si Priore
ut se his
jejunia sa
natis abst
Priorem a
bò ac Ch
Conventu
menta, si
Antesigna

gnâ afficit, & obscuris involvit confu-
 sionibus. Sic fit & in Conventibus, à
 quibus Præses, qui Prior est, frequen-
 ter abest; Supprior succedat licèt, sub-
 stituaturque Ei in regimine, absentia ta-
 men illius subordinatos non tantùm fre-
 quenter afficit tristitiâ, verùm & obscu-
 ras non rarò adducit in confusiones.
 Cum Priore absente non sit, qui ad re-
 gularem observantiam cum competente
 Autoritate Conventum dirigat, atque
 tum verbò, tum exemplò præsender ad
 eam compellat. Imò quod & ampliùs;
 ægrè in suis Subordinati sese contine-
 bunt cellis, si ipsum etiam Conventûs
 ambitum Priori angustum esse viderint;
 prurient certò subordinatorum ad pro-
 deundum pedes, si ipsum Priorem nec
 posse, nec sedere scire noverint; diffi-
 culter Conventuales ad chorum, aliàs-
 que regulares accurrent observantias;
 si Priorem non alia de causa exire, quàm
 ut se hisce subtrahat, animadverterint;
 Jejunia sanè aliæque dissipient subordi-
 natis abstinentiæ, si hæc subterfugere
 Priorem agnoverint; non secùs profe-
 ctò ac Christi discipuli absente Magistro
 Conventuales gulæ quæritabunt oblecta-
 menta, si absit Prior Dux, eorùmque
 Antesignanus; quodsi factum fuerit, quis

id corriget, quis emendabit, cum Prior Ipse, Conventusque Præses ob frequentiores suas absentias, ac subtractiones hujus causa existat? Hæc atque similia damna haud unquam finire possem, si ea in univèrsum, quæ per frequentiorè Priorum occasionantur, causanturque absentiam recensere vellem. Quocirca æquum est, ac pernecessarium, quatenus Priores rarò, vel nunquam, maximè Abbatibus, & Prælatibus absentibus, exeant, sibi que Conventus concreditos de facili deserant, sed vel potius honori sibi ducant ac gloriæ, si firmitate invariabili suorum in conspectu subordinatorum perseverent, & influxum suum exemplarem in eos jugiter derivent. Quod tamen totum salvò unò annuali ex privilegio Capitulari concessò exitu dictum esse volo.

V. Documentum III. Ut Patres Priores non vivant ab officio; dicere volo: ut ratione illius nec in cibo, nec in potu, nec vestitu, independentè ab ordinatione aut concessione Abbatum, nec in alia quacunque re, nec sani, nec ægrotantes plus exemptionis aut commodi sibi indulgeant, quàm cæteris subordinatis Religiosis Conventualibus.

Docu-

Docum
dictam
Dist.
ideo hu
tè talis
turpitu
bilitate
nimiru
largissim
damo
non con
modoru
Interim
das, p
esse te
nis ex
strare
vitam
cut om
ne star
nitidio
delicat
terâqu
Videtur
hoc pu
dum ille
flore
illis, qu
Rectore
noli tibi

Documentum hoc est conformissimum dictaminibus statutorum Nostrorum *Dist. II. cap. 10. de Priore.* maximè ideo hìc non prætereundum, quòd fortè talis Prior reperiri posset subindè, qui turpissima quadam & summa animi ignobilitate ab officio suo se aleret, ex eo nimirum occasionem captans sibi quàm largissimè indulgendi, subditòsque, damnò utique non spernendò, per sibi non competentem tot sensualium commodorum usurpationem, scandalizandi. Interim quàm turpis esset iste agendi modus, patet ex eo, quòd Patres Priores esse teneantur vivum omnis perfectionis exemplar, eamque cum primis monstrare in regulari observantia sequendo vitam communem cum omnibus, & sicut omnes; hac autem cum obligatione stare non potest, meliorem pro se, nitidiorèmq; habitum; sapidiorem, delicatiorèmq; cibum aut potum, cæteraque hisce similia commoda quærere. Videtur Ipsemet divinus Spiritus circa hoc punctum eos voluisse commonitos, dum illos *Eccli. 32.* ità alloquitur: *Rectorem Te posuerunt! noli extolli, esto illis, quasi unus ex istis.* quasi diceret: Rectorem ac Præsidem te constituerunt, noli tibi plura, quàm aliis privilegia ar-

rogare, sed vive cum tuis subordinatis
 cōmunitèr, quasi unus ex illis, id est,
 faciendo, quod faciunt illi, & toleran-
 do, quod isti patiuntur ac tolerant.
 Præterea Præfecturæ Ecclesiasticæ, mul-
 tōque magis Religiosæ, quæ obtinen-
 tur in Religione ad ducendam totam vi-
 tam in pœnitentia obligata, ex commu-
 ni Patrum ac Doctorum sententia onus
 sunt gravissimum, labore ac tædio ple-
 num, & tale denique, ut *Trident. Sess.*
6. cap. 2. de Reformat. palàm asseveret,
 eas Angelicis etiamnum humeris formi-
 dandas; ad quod fortè repræsentandum
 juxta *Lib. 2. Paralip. cap. 9.* Salomon
 gradus templi, sedesque ac thronos
 (in quibus adumbrantur Præfecturæ)
 fecit teste Maldonato in *Lib. 3. Reg.*
cap. 10. ex lignis spinarum, ob plurimas
 videlicet laborum, ac sollicitudinum spi-
 nas, quibus Præsides & Præfecti non de-
 stituuntur, sed penè indies implectun-
 tur. Si ità est? quæ major posset dari
 perversio? quid finì ac naturæ rerum
 harum manifestiùs opponeretur? quàm
 laborem convertere in indulgentias, ac
 delicias privatas, colligere de spinis uvas,
 de tribulis commodorum carpere rosas?
 quod certè fieret; si Prior quispiam in-
 digna quadam vilitate conaretur ità,

ut

ut jam
 seu Pri
 VI.
 dinatur
 inter
 turque
 Ab illh
 procul
 vendam
 ut potius
 tet, vo
 torum v
 quiesce
 Priore
 de not
 bus &
 indispo
 stinenti
 niquea
 sit, su
 sive fat
 re detic
 lum, ac
 exemptio
 quàm ip
 nisi forte
 quâ abut
 boatur a
 ubi facti

ut jam explicavi, vivere ab officio,
seu Prioratu suo.

VI. Ultrà hæc; Bonum Regimen ordinatur ad hoc, ut conservetur pax, & inter subordinatos concordia, evitenturque turbelæ, murmura ac querelæ. Ab isthoc autem fine consequendo tam procul abesse censetur Prior, qui ad vivendum commodiùs suò abutitur officiò, ut potiùs murmuraciones contrà se excitet, vocésque clamorésque subordinatorum irriter. Quomodò namque conquiescent atque silebunt subditi, somno Priorem indulgere videntes, dum ipsis de nocte surgendum est? Si jejunantibus & abstinentibus istis, ex cujuspian indispositionis prætextu jejunium ac abstinentiam infringat ille? Si cernant denique apud Eundem, sanus, sive infirmus sit, superabundare singula, ipsis verò sive sanis, sive ægrotantibus cuncta ferè deficere? Quid? si fors noscant illum, ad hisce fruendum commodis ac exemptionibus majus jus haud tenere, quàm ipsi, titulúmque nullum alium, nisi fortasse ipsammet officii potestatem; quâ abutitur, ut sibi, quod petit, tribuatur ab exteriorum Provisoribus jam sibi factis ad placitum tributariis. Qua-

lis obsecro in hisce casibus pax esse potest? quæ obedientia, qualisve ordo ac religio? Certus sum Priores, si qui sunt tales, & hanc & semetipsos seducere. Comedit Jonathas Princeps aliquótque militarium Cohortum Præses ut *Lib. 1. Reg. cap. 14.* palàm refert Historia, paululum mellis, ob generale interdictum Saulis universo jejunante exercitu, & en! illicò se vidit mortis subjectum periculo: *Gustans gustavi in sumitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce! ego morior.* Et quid miri? cùm Væ sit Pastoribus, sub quibus omnes tales Rectores Communitatúmque Præsides possunt intelligi, *qui pascebant semetipsos. Ezech. 34.* Quòd tamen è contra ii poterunt evadere, qui ab officio, illiúsque respectu non vixerint aliis meliùs, sed illud potiùs, suámque omnem curam ac sollicitudinem ad sublevamen majúsque subordinatorum bonum transtulerint, atque se sive sanos, sive infirmos Communitati in omnibus conformaverint. Divus Apostolorum Princeps à Christo licèt pro Præside ac Rectore Ecclesiæ præordinatus, ex eo, quòd non reflectens ad sibi subordinatos, quosdam duntaxat Superiores quoad habitationem,

nem; 9
loerit
sua etia
lita Lu
cap. 9
rantia
Qui ta
lius in
omnes
mam, 1
loit; Et
anima co
guberna
attraha
fert
scere,
augme
& Prio
quæ c
pori c
attend
suorum
tet; 1
storis b
ruit: 1
est: Ser
Qua et
eas, no
sed ut
humana

nem, quàm optimè accommodare voluerit, atque ità velut Cicero pro domo sua etiam peroraverit; ab ipso Evangelista Luca, uti videre est apud Eundem *cap. 9.* reprehensus, ob certam ignorantiae propositionem culpari meruit; Qui tamen ex post facto illuminatus melius in sua *Epist. 1. cap. 5.* aliter sensit, omnesque Superiores & Præsides formam, seu subditorum animam esse voluit; Et quidem quàm optimè; ut enim anima communicatur corpori, illudque gubernat, absque eo, ut quidpiam sibi attrahat commodi; ut illi virtutem confert, quàm mediante augeri possit ac crescere, minimè ex eo, ut crescat illa, augmentetur, aliàvel lucra percipiat; ità & Prior, Præsès aut Superior ad ea, quæ communitatis à se gubernatæ Corpori commoda sunt & utilia, duntaxat attendendo, de privatorum augmento suorum nequaquam sollicitus sit, oportet; idque præclarò divinissimi illius Pastoris boni exemplò, qui *Joan. 10.* asseruit: *Bonus Pastor animam suam, id est: Semetipsum, ponit pro ovibus suis.* Qua etiam de causa ipse gubernaturus eas, non assumpsit naturam Angelicam, sed ut Divus Paulus ait *ad Hebræos. 2.* humanam; voluit siquidem, ut Idem-

met subjungit Apostolus *per omnia fratribus assimilari*, verumque habere corpus, quatenus, suppositò, quòd hi non paucas afflictiones, atque ærumnas tolerare deberent, etiam ipse non secus ac alii pati posset. Undè quantò plura exinaniendo seipsum, formamque servi suscipiendo perpeffus fuerat, tantò magis corda subditorum ad se traxit, ut ipse prædixit *Joan. 12. Ego si exaltatus fuero à terra, quod factum est Ipsò in crucem actò, omnia traham ad meipsum.* Erudiantur proindè exemplò hocce Priores, nè officiò suò, ad acquirenda sibi privata commoda abutantur, potiùsque idipsum sibi agnoscant severissimè interdicti; Intelligent, obsecro! haud exiguum amorem sibi ac venerationem conciliaturos, si se cæteris fratribus in victu & amictu, in choro ac Infirmitorio accommodare studuerint, & assimilare in omnibus Ei, cujus forma facti sunt, subordinati videlicet gregis. Maximam profectò de Patriarcha Jacob æstimationem habebat mulier illa Samaritana de qua *Joan. 4. dicitur, quòd Salvatorem Christum exaggerativè allocuta fuerit: Nunquid Tu major es Patre Nostro Jacob?* Undè quæso isthæc æstimatione? En in contextu panditur! *Qui de-*
dit

dit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & Filii ejus, & pecora ejus. Quasi apertius diceret: Superior, qui idem bibit, quod subordinati bibunt, quod bibunt oves, quas regit, minat, & gubernat, neque sibi de delicatiori prospicit. Hic non potest non esse omni æstimatione dignus Superior, perfectus Pastor. Perfectionem hanc in se exhibuit magnus ille Propheta Elias, dum 3. *Reg. 17.* præcipiens mulieri viduæ, sibi, suoque filio de modico, quod farinæ supererat, panem coqueret, illicò subintulit: *Fac de ipsa farinula subcinericium panem parvulum, & affer ad me.* En Propheta magnus, Israëlisque Dux non candidiorem, non sapidiorem panem concupiverat, verùm vilissimò illò ac subcinericiò, quem manducabant gentis illius subditi contentari voluit; quare etiam Altissimus humilem hanc atque justissimam æqualitatem insigni prorsùs ac diuturnò miraculò in farinæ multiplicatione commendavit, sibique esse placitum confirmavit. Sic, sic Superiores honorat DEUS, qui parvæ cæterorum sustentationi sese accommodant, omnes à se commoditates, vitæ pœnitentiæ adversantes, odiosasque singularitates procul hinc esse jubent. Plura ultrà hæc

jam adducta Documenta, ex Scriptura, Sanctisque Patribus hîc adhuc adduci possent pro felicitando PP. Priorum Regimine salutaria dictamina; Verùm cum ij ex ordinationibus Nostri Canonici Ordinis communiter subsint vivæ ac animatæ agendorum omittendorumve Regulæ, suis Prælati & Abbatibus, noverint Illi pro necessitate ac exigentia circumstantiarum loci, personarumque per suam Superioralem vigilantiam supplere, quæ hîc deficere viderint. Non enim oportet falcem suam mittere in alienam messem magis, quàm necesse sit, vel saltèm congruat.

§. III.

De Prælati & Abbatibus.

I. Q uemadmodùm Cœlum, quod locum superiorem occupat, cœlos interiores amplitudine, universalitate, atque influxûs perfectione excedit, ita quò quis Superiorum altior est ac sublimior, eò magis inferiores superat in gubernii extensione, Authoritate, jurisdictione. Dubitari proindè nequit, Prælati, Abbatisque Officiùm in his omnibus esse eminentius PP. Priorum Officiò. Priori namque
con-